

### 511. Vespasiano risana la città e lo stato di Roma

Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat; Vespasianus vacuas areas occupare et aedificare, quia earum possessores cessaverant, permisit. Princeps restitutionem Capitolii incepit et ut rudera purgaret manus primus admovit ac suo collo multa extulit (da extollo); aereasque tabulas, quia simul conflagraverant, restituit undique investigaverat exemplaria: instrumentum imperii pulchrum ac vetustum continebat paene ab exordio urbis senatus consulta, plebiscita de societate et foedere ac privilegio.

### 512. Interventi urbanistici e politici di Vespasiano

Fecit et nova opera templum Pacis foro proximum, Divique Claudii in Caelio monte templum, quia incohatum erat quidem ab Agrippina, sed a Nerone prope funditus destructum, paucis diebus Vespasianus confecit; item amphitheatrum urbe media exstruxit; sic, enim, destinavisse compererat Augustum. Ordines, quia exhausti caede varia et contaminati veteri negligentia erant, purgavit supplevitque postquam recensuerat senatum et equitem, summoerat indignos et honestos omnes Italicos ac provinciales allegerat.

### 511. Vespasiano risana la città e lo stato di Roma

Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat; Vespasianus vacuas areas occupare et aedificare, quia earum possessores cessaverant, permisit. Princeps restitutionem Capitolii incepit et ut rudera purgaret manus primus admovit ac suo collo multa extulit (da extollo); aereasque tabulas, quia simul conflagraverant, restituit undique investigaverat exemplaria: instrumentum imperii pulchrum ac vetustum continebat paene ab exordio urbis senatus consulta, plebiscita de societate et foedere ac privilegio.

### 512. Interventi urbanistici e politici di Vespasiano

Fecit et nova opera templum Pacis foro proximum, Divique Claudii in Caelio monte templum, quia incohatum erat quidem ab Agrippina, sed a Nerone prope funditus destructum, paucis diebus Vespasianus confecit; item amphitheatrum urbe media exstruxit; sic, enim, destinavisse compererat Augustum. Ordines, quia exhausti caede varia et contaminati veteri negligentia erant, purgavit supplevitque postquam recensuerat senatum et equitem, summoerat indignos et honestos omnes Italicos ac provinciales allegerat.